

CAESAREAE LEOPOLDINO-CAROLINAE ACADEMIAE NATVRAE CVRIOSORVM

P R A E S E S

VIRO PERILLVSTRI, CELEBERRIMO, EXPERIENTISSIMO,

ROBERTO DE VISIANI,

MEDICINAE DOCTORI BOTANICES IN VNIVERSITATE LITTERARVM PATAVINA PROFESSORI, HORTI MEDICI DIRECTORI REL. REL.

S. P. D.

Quod statim a primordiis suis symbolum sibi elegit Academia nostra: NVNQVAM OTIOSVS, hoc ipsum ut cuncti, in eandem recepti vel recipiendi, sedulo observarint et perpetuo observent, vehementer exoptat; atque illud quoque de iis, quos noviter ad collegium suum invitat, aut qui generoso instinctu ad societatem feruntur, aut qui a collegis commendati sunt, subsumit. Sunt enim inexhaustae rerum naturae, et medicae scientiae, et artis divitiae, ut cuilibet prostet aliquid, in quo industria se exerceat. Atque quum unius hominis, aut paucorum, non sit, in tantum tamque amplissimum campum excurrere et cuncta in eo perscrutari, et sint mille rerum species, et rerum discolor usus: utique complurium bonarum mentium inclinatione, labore strenuo et consociatione opus est. Quapropter non poterit non exoptatus gratasque evenire nobis accessus Tuus, Vir excellentissime et experientissime, quo magis eruditio Tua, et in perscrutandis Naturae operibus admirandis studium, non nobis solum, sed toti orbi litterario cognita perspectaque iam existunt. Esto igitur, ex merito, nunc quoque noster! Esto *Academiae Caesareae Naturae Curiosorum* decus et augmentum, macte virtute Tua et industria, et accipe, in signum nostri ordinis, cui Te nunc adscribo, ex antiqua nostra consuetudine cognomen **BOCCONE**, quo collegam amicissimum Te hodie primum salutamus. Salve in consortio nostro! Salve, inquam, et effice, ut in posterum Tua, nunquam otiosa, suavi doctaque sodalitate lacti frui diu queamus. Vale.

Dabam in Vniversitate litterarum Vratislaviensi d. XV. Octobris a. MDCCCXLIV.

CHRISTIANVS GODOFREDVS NEES AB ESENBECK,

Medicinae et Philosophiae Doctor, Ordinis Borussiae Aquilae Rubrae III. Class. laetitia ornati,
Magni Ducis Saxe-Finavienensis Ordinis Falconis albi et Magni Ducis Badenensis Ordinis
a Leone Zähringensi cognominati Eques,

Academiae Imperialis Naturae Curiosorum Praeses,

Botanices in Vniversitate Litterarum Vratislaviensi Professor publicus ordinarius,
Horti medici Director,

Facultatis medicae Regiae Vniversitatis scientiarum Hungaricae Pesthinae et Academiae
Medicae Chirurgicae Vindobonensis Membrum,

Collegio virorum, ad amplificandum Museum Regni Bohemici patriam constituto, Societati
Imperiali et Regiae Medicorum Vindobonensium, botanicae Edesburgensi, Lyceo historiae
naturalis Noceboracensi, et Societati Silesiaca, culturae patriae studiosae, honoris causa
adscriptus,

Legatus Academiae Scientiarum Petropolitanae et Regis Acaemii Tauricensis, Neapolitanae
et Vindobonensis physicae, Apulicae, Societati Regiae scientiarum
litterarum et artium Antecerpensi, Medicae et physicae Brno-ellensi, Goettingensi, tum Societati
Musci historiae naturalis Aegestoratiensis litteris coniectus,

Virorum Horticulturae studiosorum Londinensium, Vindobonensium et Holmiensium Socius,
Societatis Amicorum Naturae Scrutatorum Berolinensis et Naturae Scrutatorum Helictorum,
Physico-Medicae Erlangenensis, Linnaeae Londinensis et Parisiensis, Physicae et Chemicae
Groningensis, Caesareae Naturae Curiosorum Muspensis, Naturae scrutatorum Holensis,
Guelmensis, Norimbergensis, Lipsiensis, Goettingensis et Senenberginiae Frankofurtensis, Bota-
nicae Ratisbonensis, Londinensis et Gandavensis, Physiographicae Lundensis, Entomologicae
Londinensis, Mineralogicae Jenensis, Physicae et Medicae ad Rhenum inferiorem, Physicae
et Medicae Dresdensis, tum Societatis Bataviae litterarum et artium, Wettericae, ad
promoveendum Historiam naturalem Italiae, et Marburgensis Sodalis,

Consortii Regii Agricolorum Bavaricae Membrum ordinarium,
Regiae Societatis oceanicae, in Marchia Bavarica constitutae, Electoralis oeconomicae
Hannovicae, Regiae Societatis, cui Horticulturae, in Regno Borussiae, et eius, cui in Hollandia
Horticulturae amplificandae cura est, Foedericae Pharmacoposorum Bavaricorum, Guesphala-
licorum et Bavaricae Rhenanae Socius honorarius.

NATURA CARLOSORVM
CAESARAE PROPODINO-CAROLINAE ACADEMIAE

PHARMACIA

VIRO PETERO STRA. CEBERRIMO. EXPERIMENTISSIMO.

MEDICINAE DOCTORI BOTANICES



à Monsieur

Monsieur de Visiani, Professeur
à Strasbourg sur l'art de botanique

Angl. de l'Académie Française -

Acad. de Sciences
Diplômé

N. 270.

Handwritten signature: Carl Sprengel

Handwritten signature: Carl Sprengel
1736



2